



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn


Von der dekorativen Illustration des Buches in alter und neuer Zeit

Crane, Walter

Leipzig, 1901

45. Aus dem Hieronymus, comm. in biblia. Venedig, Joh. und Gregorius de
Gregoriis, 1498.

urn:nbn:de:hbz:466:1-43396



Prologus.

INCIPIT EXPOSITIO BEATI HIERONYMI
PRAESBYTERI IN PSALTERIUM. ET PRIMO
PROLOGVS EIVSDEM.



PROXIME CVM ORIGENIS
Psalterij quod Enchiridion ille uocabat
fictis & necessarijs interpretationibus
annotatum in comune legeremus: simul
uteroq; deprehēdimus nonnulla eum uel
perstrinxisse leuiter uel intacta poenitus re-
liquisse de quibus in alio opere latissime
disputauit quo scilicet non poterat re ma-
gnam breui sermone concludere. Igitur
pro familiaritate quae inter nos est studio
se & sedule postulasit ut quae mihi di-
gna memoria uidebantur signis quibus-
dam potius quā interpretationibus ad-
notarem. Et quod solent hi facere qui in
breui tabella terrarum & urbium situs pingunt & latissimas regiones in
modico spatio conantur ostendere: ita in psalterij opere latissimo quasi
praeteritis aliquid perstringerent ex paucis quae tenuissimè intelligantur
& caetera quae ommissa lunquam cum habeant atq; rationem. Non cy-
putem a me posse dici quae ille praeterit: sed quae in Thoma uel
homelijs ipse dissectit uel ego digna arbitror sectionem hunc angustū
commentariorum referam. Psalterium graecum est: & latine organum
dicunt quem hebrei nablatim uocant. Psalmis dicitur quo qd a psalte-
rio nomen accepit uel pro saltandum. Quamuis David omnes psal-
mos cantasset tamen omnes psalmi in personis christi pertinent: & qui
praetulati esse non uidentur apud hebreos pro uno psalmo habentur.
Nam per titulum intelligitur uniuersus psalmi intellectus. Quid est
titulus nisi clausus? (Ut ita dixerim) in domo nō ingreditur nisi per clauem
ita & uniuersus psalmi intellectus per clauem hoc est per titulum in-
telligitur in cuius persona cantatur aut in persona christi aut in persona
ecclesiae aut in persona prophetae.

AA

